



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Sol Triplex In Eodem Universo**

**Hermann, Amand**

**Sultzbaci, 1676**

Disputatio Decima. De Anima Separata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95850](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95850)

## DISPUTATIO X.

## DE ANIMA SEPARATA.

**A**D majorem dictorum intelligentiam restat explicandus status Animæ à corpore se-  
junctæ, de quo fusè disputat subtilis 4. d. 45. per eres, aut quatuor Quæstiones, verum  
quia hic plurima inferuntur, quæ pure Theologica sunt, ut Beatitudo Animarum, damnatio,  
dandi receptacula pro iis, vermem perpetuò mordentem, & quòd tandem sua corpora  
sint receptura, quæ omnia fide tenemus, cui ratio debet esse captiva in obsequium, idcirco  
tantummodo eam hic, quæ pure Philosophica sunt, proponam. Sit igitur

## QUÆSTIO I.

An Separatio Animæ à Corpore sit  
violenta?

I.  
Violentum  
quatuor mo-  
dis sumitur.

**Pro resolutione Quæstionis sciendum**  
primò: Naturale me hic sumere non prout opo-  
nuntur libero & supernaturali, sed violento.  
Secundò, violentum etiam quatuor modis con-  
siderari posse, scilicet illud esse violentum, quod  
caret aliquâ perfectione, quæ spectet ad sub-  
stantiam ipsius, nec habeat aliam impossi-  
bilem cum illa, licet meliores habeat perfectio-  
nes accidentales, in hoc sensu separatio Animæ  
est ipsi violenta, quia Anima separata caret  
complemento substantiali, ad quod essentialiter  
ordinatur, scilicet corpore, nec ullam habet  
perfectionem ipsi æquivalentem impossi-  
bilem cum illo, ergò.

II.  
Quomodo  
violentum  
non sit à  
principio in-  
trinfeco.

**Dices:** De ratione violenti est, quòd non  
sit à principio intrinfeco, sed separatio est à  
principio intrinfeco, ergò. Respondeo distin-  
guendo majorem, quòd non sit à principio in-  
trinfeco, id est juxta inclinationem principii  
intrinfeci, seu subjecti concedo majorem: hoc  
est, quòd non concurrat illud principium sive  
remotè, sive proximè nego majorem. Et distin-  
ctà sic minore, nego consequentiam.

III.  
Enumeran-  
tur reliquæ  
accepciones  
violentæ.

**Alio modo potest dici aliquid esse vio-**  
lentum, quando caret perfectione accidentali  
conservante, sic aqua est in statu violento sub  
calore. Tertio modo, quando aliquid caret  
perfectione, quam in se nata est producere, sic  
dicitur in statu violento, quando grave est sur-  
sum, leve deorsum. Quarto modo, quando est  
in statu tali, in quo non potest producere ali-  
quas perfectiones, quas in alio statu produ-  
cere potest, sic intellectus alligatus ad phan-  
tasmata, si pro alio statu non esset alligatus,  
posset dici esse in statu violento. In his sensu-  
bus separatio animæ non est violenta, quia  
nullas perfectiones potest habere in corpore,  
aut producere in se, quas non potest habere  
in statu separationis, aut alias ipsis æquiva-  
lentes, nec in illo statu caret aliquâ perfectio-  
ne tendente in conservationem ipsius, cum nul-  
lo modo ab his accidentibus dependeat, unde  
si consideretur quoad præsentem statum  
non considerando pœnam, aut gloriam, pec-  
cata vel bona opera potius deberet appetere  
separationem, quia careret multis molestiis  
corporis, & acquireret scientiam intuitivam,

quam non potest habere pro hoc statu, pro  
statu verò Innocentiæ esset sine dubio violenta,  
quia haberet eandem intellectionem intuiti-  
viam, & simul complementam substantialem, me-  
de absolute ad Quæstionem

**Dico I.** Simpliciter dicenda est violenta  
Anima separatio. Hæc est communior.

**Probatur primò** Authoritate SS. PP.  
Augustini Serm. 23. cap. 1. Mortem horreo, non  
opinio, sed natura. Hom. 37. cap. 4. dicit: Omnia  
animalia mortem fugiunt; ergò diligunt se, cupi-  
re se volunt, alia velocitate, alia latebris, alii  
stendo, alia repugnando &c. Lib. 1. contra Adver-  
Legis cap. 6. Humanum sensu amoris vitæ  
conditionem mortis abhorret. Sermon. 103. cap. 4. dicit:  
ait: Tanta est etiam hujus æternitatis ratio, quæ  
suavitas, tantusq; in natura utcumq; vitæ  
vor mortis, ut nec illi mori velim, qui per mortem ad  
vitam transiunt, in qua mori non possunt. Quod  
certum esse patet exemplo S. Hilitionis, qui  
octuagesimum annum agens, cum in extremo  
vitæ periculo confisteretur, dixit: Ignoræ,  
quid times? egredere Anima mea, quid dicitis? In-  
septuaginta prope annis servivisti cinis, & mor-  
tem times?

**Probatur etiam** ex S. Bernardo tract.  
de dilig. Deo cap. 11. Sed si (quod non negatur)  
velint sua corpora recepisse aut certe recipere desip-  
rent & sperent, liquet proculdubio nihil à se ipsi  
penitus immutatas, quibus constat necdem penam  
desse de proprio, quo vel modicè intentio resistit-  
tur. Donec ergò absorpta sit mors in vitæ, & mo-  
ctis undiq; terminos lux perennis invadat & occupet  
inquequaq; quatenus & in corporibus gloria casti-  
stis effulgeat, non possunt ex toto Anima se ipsa  
ponere & transire in Deum, nimirum ligatæ cor-  
poribus etiam tunc, etsi non vitæ vel sensu, certè  
affectu naturali, ita ut absque huius nec velint, nec  
valeant consummari. Itaque ante resurrectionem  
corporum non erit ille defectus animarum qui per-  
fectus, & summus est ipsorum status: nec carnis  
sanè consortium spiritum requireret, si absque illa con-  
summaretur.

**Probatur secundò:** duo privati-  
opposita non possunt esse ejusdem nature, se-  
cundum inclinationem, sed unio Animæ ra-  
tionalis cum corpore est naturalis & secundum  
inclinationem; ergò separatio non potest esse  
naturalis: Probatur minor, in hoc essentialiter  
distinguitur saltem pro hoc statu Anima  
rationalis ab Angelo, quòd ipsa sit essentia &  
natura

natura incompleta, atqui quod est incompletum ex natura sua inclinatur ad unionem cum sua comparte; ergo Anima ad illam inclinatur.

**Confirmatur primò:** Forma non potest inclinare ad detrimentum, & destructionem totius compositi; ergo. Confirmatur secundò: Privatio perfectionis conaturalis est violenta, atqui, ut dixi, unio Animæ est ejus perfectio naturalis, & separatio non est aliud, quàm privatio unionis; ergo separatio illa est simpliciter violenta.

V. Opponitur & explicatur Doctior.

**Opponitur** Autoritas Doctioris 4. dist. 73. q. 2. §. 3. dicentis, separationem non esse simpliciter violentam Animæ, ergo. Respondeo, Doctorem intelligendum de violento in secundo, vel tertio sensu, non vero de violento simpliciter, quatenus tale dicitur, quod est contra inclinationem principalem, licet ferat secum aliquid quod sit juxta inclinationem minus principalem.

**Instatur:** Doctior ibidem dicit Animam non dicere inclinationem ad corpus; ergo separatio non est violenta simpliciter. Respondeo, cum loqui, vel de inclinatione, quæ possit reduci ad actum secundum per causas naturales vel de inclinatione, quæ excluderet omnem perfectionem, & satisfactionem ullius appetitus Animæ.

**Urgetur:** Si separatio esset violenta, sequeretur, quòd Homini naturaliter deberetur resurrectio, atqui hoc est absurdum, ergo. Respondeo distinguendo sequelam, prout naturale opponitur violento concedo sequelam, prout opponitur supernaturali, nego sequelam.

## QUÆSTIO II.

An Anima Separata recordetur præteritorum & quomodo?

I. Anima recordatur præteritorum

Quantum ad primam partem tituli facilis est resolutio, tenet etenim Catholica fides, quòd Animæ tam Beatorum, quàm damnatorum præteritorum recordabuntur, unde etiam ad Quæstionis primam partem Respondendo

**DICO I. Affirmativè.** Probatum primò ex Sacra Scriptura Lucæ 16. ubi dicit Abraham ad Epulonem in inferno sepultum: Recordare fili, quòd receperis bona in vita tua, Lazarus similiter mala, nunc ille consolatur, tu vero cruciaris. In quem locum præclare loquitur D. Gregorius hic hom. 40. Nam ad penam suam ei & cognitio servatur & memoria. Cognoscit F. Amanadi Hermann Physica.

enim Lazarum, quem despectit, fratrum quoque suorum meminit; quos reliquit, ut de visa despecti gloria, ait glossa & de pena inutiliter Amatorum amplius torqueatur. Deinde 14. Moralium circa finem in illud Psalmi 88. Misericordias Domini in æternum cantabo, ait: quomodo in æternum misericordiam canit, qui misericordiam non meminertit?

**Probatum secundò** Autoritate SS.

PP. Augustini lib. de Cura pro Mortuis cap. 15. & lib. 9. Confess. cap. 3. ubi de Beatitudine Nebridii singularis sui Amici sic ait: Nec sic arbitror eam inebriari ex ea (Beatitudine) ut obliviscatur mei, cum tu Domine, quem potat ille, nostri sis memor. Et lib. 1. contra Advers. Legis cap. 20. hæc habet: Non enim sicut Platoni visum est, corporum oblivionem desiderant, sed potius quia meminertunt, quid sibi ab eo sit promissum, quia neminem fallit, qui eis etiam de capillorum suorum integritate securitatem dedit, resurrectionem corporum, in quibus multa dura perpessi sunt, nihil in eis tale sensuri desiderabiliter, & patienter expectant. Bernardus tract. de dilig. DEO, ubi demonstrat Animam recordari sui corporis; ut supra etiam adduxi, verum melius, & graphicè magis describit Animas beatas recordari nostrum etiam in Cælo, Serm. 26. in Cant. & quamvis videatur primò de hoc esse dubius, eleganter tamen id probat, quod sanè operæ pretium erit textum ejus fusiùs adducere; Itaque loco citato sic suum Fratrem Gerardum defunctum alloquitur: At ego pro te quid? quam vellem scire, quidnam sentias nunc de me illo unico tuo, mediis nutante curis & pœnis, destitute te baculo imbecillitatis meæ: Si tamen licet adhuc cogitare de miseris ingresso abyssum luminis, atque illo pelago æternæ felicitatis absorpto: Forte enim etsi nos secundum carnem, sed nunc jam non nostri, & quoniam introisti in potentias Domini, memoraris justitiæ ejus solius, immemor nostri. Ceterum qui adhæret DEO, unus spiritus est, & in Divinum quendam totus immutatur affectum: nec potest jam sentire, aut sapere, nisi DEUM & quod sentit, & sapit DEUS, plenus DEO. DEUS autem charitas est, & quanto quis conjunctior DEO, tanto plenior charitate. Porro impassibilis est DEUS, sed non incompassibilis, cui proprium est misereri semper & parcere. Ergo & te necesse est misericordem esse, qui in hæres misericordis, quamvis jam minime miser sis; & qui non pateris, compateris tamen, affectus proinde tuus non est imminutus, sed immutatus, nec quoniam DEUM induisti, nostri curâ te exuisti: & ipsi enim cura est de nobis. Quod infirmum est, abjecisti, sed non quod plium, charitas denique nunquam excidit. Non oblivisceris me in finem. Videnus quomodo non solum actum reminiscentiæ Gerardo tribuit, verum etiam probabiliter docet hoc fieri per species priores, ut colligi potest ex hoc, quod dicit: Nec quoniam DEUM induisti, nostri curâ te exuisti.

Lllll 2

Proba-

## II.

*Ratio probatur recordationem.*

**Probatur ratione Scoti primò:**

Si non daretur reminiscencia in Beatis, nullam haberet anima rationem agendi Deo gratias pro remissione peccatorum, sed hoc videtur esse minus rectum, ergò: Probatur sequela, quia nemo gratias agere tenetur de illo, quod sibi non constat, ergò.

**Probatur secundò:** Quia certò videtur ridiculum dicere, quòd Lucifer superbissimus non recorderet se offendisse Deum, & petiisse aequalitatem ejus, cum deperditione gratiæ in creatione sibi collata, ergò etiam inconvenientissimum videtur dicere, quòd anima separata non recorderetur se Deum offendisse, & tamen æternis debeat affligi cruciatibus, ab omnimoda paritate.

**An autem anima recorderetur præteritorum per species habitas in corpore, vel per habitus?** Dubitat Pontius, & licet concedat voluntatem conservare suos habitus in statu separationis, magis tamen ad asserendum inclinatur, quòd intellectus non conservet suas species, vel habitus, quia tales species videntur, essentialiter dependere ab objecto phantasticè proposito, unde putat species, & habitus intellectuales viæ destrui, sicut fidem in Patria, esto maneat eorum subiectum, nec forma contraria introducat. Attamen

## III.

*Anima recordatur per species habitas, & acquiras in corpore.*

**Dico 2. Anima separata recordatur præteritorum per species habitas, & acquiras in corpore, ita ut illæ remaneant.** Hæc est Doctoris 4. d. 49. q. 9. D. Thomæ 1. p. q. 89. art. 5. Et probatur auctoritate D. Bernardi lib. 5. de confid. cap. 12. ubi sic loquitur: *Opera rebebrarum sequuntur illas, nec est, quo se abscondant ab illis, ne in rebebris quidem. Hic est vermis, qui non moritur, memoria præteritorum: Semel injectus, vel potius innatus per peccatum hæsit firmiter, nequaquam deinceps avellendus. Nec cessat rodera conscientiam, eaq; passus est a utiq; inconsumptibili perpetuat vitam. Horreo vermem mordacem, & mortem vivacem. Horreo incidere in manus mortuæ viventis, & vitæ morientis. Constat immortalem animam esse, nec aliquando absq; sua memoria vivere, ne non animam aliquando esse contingat: Itaq; durante animâ durat & memoria. Sed qualis? Fæda flagitiosâ, horrida facinoribus, vanitate tumida, contemptu hupida, & neglecta. Quis priora transferunt, & non transferunt, transferunt à manu, sed non à mente, quod factum est, factum non esse non potest. Proinde & si facere in tempore fuit, sed fecisse in sempiternum manet.*

**Probatur etiam ratione primò:**

Quia hujusmodi qualitates sunt spirituales, adeoque à corpore independentes, ergò manentibus eorum subiectis, etiam manere debent, cum non sit ulla ratio, quare pereant, ergò: Probatur antecedens, si esset aliqua ratio, esset, quòd vel illi habitus essent supernaturales aut nimis imperfecti, quæ tamen ratio non est, libenter etenim fateor imperfectos habitus non manere in Beatis nec supernaturales in damnatis, ergò.

**Probatur secundò, Ex supradictis in præterita conclusione.**

**Probatur tertio,** Quia species non

dependent in conservari à phantasmate, sicut nec phantasma à speciebus externis, nec species habent aliquid contrarium, ergò non est dicendum, quòd destruat. Nec officit auctoritas Apostoli 1. ad Cor. 13. dicentis: Scientiam destruendam post mortem, quia gratiam Doctor tantum vult scientiam obstruam per sensus acquiras in Patria destruendam, non verò de scientiis perfectioribus.

**Dices:** Sequeretur saltem Aristotelem futurum doctorem, quàm Sanctum Ildorim, aut alios simplices, pios, & devotos, quod tamen videtur inconveniens. Respondeo id nequaquam fecurum, quoniam iustitias iudicans Dominus, & Misericordiarum Patris proportione ad Sanctitatem vitæ, scientiæ naturalis defectum per infusionem superabundantioris sapientiæ abundanter supplebit. Ideoque

**Dico 3. Anima separata probabitur cum novas species & scientias acquirat.** Hæc est contrarium ad Sanctos Patres supra, Scoti, D. Thomæ, &

**Probatur primò:** Quia anima separata cognoscat res spirituales intuitivè, & res spirituales intuitivè visæ imprimunt species intellectui, sicut sensibilia sensui, ut tenet Scotus in quodlibeto 15. art. primo §. sermo tractatus.

**Probatur secundò:** Quia aliquam anima cum communi concursu nullam possit habere actionem, per quod ponitur in imperfectissimo omnium creaturarum statu, quia omnis alia creatura cum communi influxu, & concursu Dei ordinario potest operari, & anima non potest operari, nisi per intellectum, & voluntatem, & sibi relicta neutrum actum habere potest secundum sententiam adversariorum.

**Probatur tertio:** Perfectio est in anima unita, quòd acquirit operationes, quibus cognoscat, & in hunc finem habet intellectum agentem, ergò hoc non est in deperdendum in statu perfectiori, qualis est status separationis, juxta illud Sapientiæ 9. *Corpus quod corrumpitur aggravat animam.* Quarto nimiam distantiam objecti impedire cognitionem spiritus creati ex eo constat, quòd legantur Angeli ad terram descendisse ad quædam exploranda, & idem docet August. lib. de cura pro mortuis c. 13. & Greg. in Moral. lib. 32. c. 13. quæ sequitur D. Thomas 1. p. q. 89. art. 8. Ergò necesse est species acquiri ab objectis, alias si nihil facerent ad cognitionem, frustra requireretur earum presentia.

**Dices:** Anima separata non accipit species à rebus corporeis, quia contra ejus dignitatem videtur esse ab iis dependere in sua cognitione, verbi gratiâ, quòd non possit videre colores, nisi colores emittant species, nequomodò à rebus spiritualibus acquirat species, quia res spirituales nil extra faciunt, præter motum localem; præterea res corporeæ non possunt emittere, nisi species corporeas. Respondeo tamen animam separatam, & idem dicendum de Angelo acquirere species à corporeis.

reis rebus intra debitam distantiam, nec absurdi aliquid est, quod res corporea producat sui speciem in intellectu animæ separatae nil producendo in medio, cum medium non sit capax talis formæ, neque alterius formæ ad eam requisita instar dispositionis, de quo videndus Scotus in 2. d. 9. q. 2. quod autem additur spiritum nil ad extra operari præter motum localem, illud verum est de actione reali Physica, & in corpus, esto verius existimem etiam posse causare impulsum in corpus, de quo paulò infra. Sed

transeunte desistere etiam naturaliter, adeoque tunc esset nullibi, quod repugnat: tum quia consequenter deberet esse anima separata ibi, ubi est ipsa operatio, quæ illam formaliter in loco constituit, hoc autem dici nequit, cum actio transeuntis sæpe sit in re maxime distante, aut saltem iuxta alios in toto Cælo, quod moveret Angelus, verbi gratiâ, item in rebus discontinuis, & non in medio, quæ tamen præsentia animæ separatae naturaliter repugnant.

**Probatur secunda pars:** Tum quia facile sic explicatur existentia animæ separatae in loco; tum quia anima non minus est capax suæ præsentia, sed ubi definitivi, quam ubi descriptivi corpus sit capax.

**Dices:** Si anima separata haberet ubi spirituale, deberet id ei competere independentem à loco corporali, adeoque competere ei, quantumvis fuisset creata sine omni corpore, aut loco corporali. Respondent aliqui negando totum dicentes, idcirco animam separatam creatam in & cum mundo corporali; sed quia hoc difficile apparet, ideo cum aliis nonnullis responderi potest concedendo totum, ubicatio enim animæ separatae est probabiliter entitas absoluta dicens respectum transcendentalem ad locum, seu corpus ponibile ex natura sua intrinseca absolute immobilis, sicut duratio est forma ab omni respectu ad distinctam tempus absoluta; vel saltem (ut plures probabiliter tenent Scotistæ) entitas respectiva quidem, quæ tamen non requirat coexistentiam termini actualem, sed solum possibilem, eò quod sit respectus extrinsecus adveniens, qui non resultat ex fundamento, & termino (uti respectus transcendentalis) sed producit ab efficiente per specialem rationem ad se directè terminatam.

**Dico 2. Anima separata seipsam verè, & localiter movet.** Est Doctoris, & suorum contra Thomistas. Probatur ex Scriptura adducta ad probandum Angelos esse in loco, ut Luc. 10. *Vidi Sathanam descendentem de Cælo. Job. 1. Circuivi, & perambulavi, &c.* Nec loca hæc metaphoricè intelligi debent, quia scriptura semper liberaliter intelligenda est, nisi sequatur inde aliquod inconveniens, & propter eandem rationem nec dici debet, quod anima separata moveatur ab alio, cum nihil impediatur, quo minus virtute propria possit se movere. Nec obstat D. Augustinus lib. 8. de gen. ad lit. cap. 20. dicens: *Spiritualem creaturam per tempora mutari, non per loca, solum enim vult, non moveri per loca instar rerum corporearum, quæ loca replent, moveri tamen per tempora, quia non minus decurrit tempora, quam res corporeæ.*

**Dico 3. Anima separata in instanti potest moveri ab uno loco in alium continuum, vel continuum.** Est communis, & probatur, quia nihil impedit quò minus anima separata manens in uno loco pro instanti A. possit inde se movere ad locum B. pro instanti sequenti, ergò.

**Dices:** Alius iste locus est divisibilis, sed locum divisibilem non potest occupare in instanti, ergò: Probatur minor, si occuparet, non esset

VI. Anima potest cessare ab omni cognitione.

**Quæres,** An anima separata posset cessare ab omni cognitione? Negat D. Thomas cum suis in materia de Angelis, & videtur esse eadem ratio de Angelo, & anima separata, & ratio prima videtur esse paritatis, quæ sicut apertis oculis non possumus non videre colorata lucida debite approximata, ita videtur dicendum de anima separata. Secundo, non potest quis cessare à consideratione doloris vehementis, ergò neque à consideratione delectationis nimis intensæ, qualem habet Angelus de sua essentia, esto essentiam divinam non videret; oppositum tamen videtur esse verius cum Molina 1. p. q. 56. art. 1. Conimbr. hic, quia Angelus est finitus, & limitatus, & ejus intellectus determinatur ad cognitionem tantum certam, & determinatam aliquorum tantum objectorum, eorum videlicet, quæ placuit voluntati divinæ ei ostendere in verbo, quæ cognitione habitâ potest cessare, & ulterius non speculari.

QUÆSTIO III.

Quomodo anima separata sit in loco, ubi etiam de potentia locomotiva.

I. Non est in loco circumscriptivè.

**Suppono** tanquam certum, animam separatam in nullo loco esse circumscriptivè, cum nullas habeat partes, vel quantitatem, est tamen in loco reali, in Cælo nempe, vel in inferno. Controversitur tamen imprimis, an sit in loco per operationem? Partem affirmativam tenet D. Thomas 1. p. q. 52. art. 1. & omnes ejus Discipuli, partem verò negantem Scotus 2. d. 2. q. 6. cum quibus etiam

II. Non est in loco per operationem.

**Dico 1. Anima separata non sunt in loco per operationem, sed per ubi spirituale, seu definitivum in ipsis subiectatum.** Prima pars est Scoti, supra contra D. Thomam, quæ proinde

**Probatur primò:** Quia animæ separatae sunt proprie in loco, ut patet ex dictis, essent autem tantum improprie, & abusive in loco, si tantum per operationem, quia aliud est esse in loco, aliud in loco operari.

**Probatur secundò:** Quia omni operatione seclusâ substantia animæ separatae adhuc esset indistans à spatio reali uti corpus, ergò adhuc maneret in isto loco uti corpus, inter quod nequit dari disparitas. Tertiò, quia non potest statim anima separata in loco, per operationem immanentem utpote spiritualem, uti est ipsa anima; non per transeuntem, tum quia potest anima separata ab omni actione

III.

IV. Potest localiter se movere.

V. Potest moveri in instanti.

esse prius in parte propinquiore illius loci, quam in remotiori, sed hoc videtur implicare, ergo: Major patet, quia in eodem instanti poneretur in parte remota, & in parte minus remota loci, ergo. Respondeo concessa majori, negando minorem, cur enim, sicut defacto Sol pro eodem instanti, quo creatur producit lumen in parte vinciniori & remotiori, item sicut anima rationalis pro instanti, quo creatur informat totum corpus organicum compositum ex diversis partibus, ita etiam anima separata in instanti non occuparet locum totum adaequatum suum, & aequè primò partem vinciniorum, ac remotiorum.

mabus separatis motus tractionis, vesticionis, aligationis, & revolutionis? Ei videtur, quod tales motus petant tactum, & per consequens quod non conveniant animae separate respectu corporis, quod enim vehitur, motu fertur alieno, & sic non eget impulsu, quo tantummodo competit spiritui movere: Verius tamen patet, tales motiones convenire animae per impulsum, cum enim imprimat impulsus, si ipsa comitatur corpus, quod movetur, dicitur tractio, si autem mobile resistat, dicitur vesticio, & sic de caeteris. Sed

VI. Potest continuè, & successivè se movere.

DICO 4. Anima separata potest continuè, & successivè movere se in locum. Est communis, & patet, quia nihil obstat, quo minus sic se moveat, ergo: Probatur antecedens, anima rationalis ad motum corporis movet se continuè, & successivè, licet sit indivisibilis, ergo & anima separata à paritate potest sic se movere.


VII. Non tamen, quin transeat per medium.

DICO 5. Anima separata non potest moveri continuè de uno loco in alium notabiliter distansem, verbi gratià, de Caelo in terram non transeundo per medium. Probatur, quia in hoc essentialiter differt motus continuus à discreto, quod fiat successivè de extremo uno in aliud per partes spatii intermedias, & continuatas, ergo implicat intelligi motum continuum, quin sit transitus per intermedias partes, quod de se patet.

VIII. Convenit eis motus tractionis, &c.

Quæres primò: An conveniant ani-

Quæres secundò: Utrum una anima possit movere alteram separatam? Respondeo, si teneatur, ut supra dixi, omnes animae esse ejusdem perfectionis, & virtutis, nulla anima commovebitur ab altera invita, sicut nec homo potest moveri ab alio homine aequali virtutis, vel fortitudinis, potest tamen anima separata moveri ab Angelo, & quidem inverti, sicut & Angeli inferiores à superioribus, & vice tali modo, & non sola voluntatem diffusionis, seu repugnantiam, factum est prædum in Caelo inter Angelos bonos, & malos, de quo Apocalypf. 12. Plura si volueris videre, & scire, vide secundum partem Metaphysicæ per totam de Angelis, par enim de illis, ac ista tractatio, unde omnia, quae hic desunt, per ibi dicenda suppleta volo, prudens lector facile quae de Angelis dicuntur, poterit animae applicare, & gratis proinde hic, & ibi multiplicentur, est ergo finis.



# DISPUTATIO XI. DE PARVIS NATURALIBUS.

Parva de rebus naturalibus edita opuscula ab Aristotele nunc, & defacto inter-saliter nomen accepere, ut Parva Naturalia vocentur, quae cum sint, vel necessarie sequantur animasticas operationes, recte materia de anima subnectuntur; & plus aliorum menti conformabo me ipsis conformiter transmittendo, quam nova effugendo. Sit igitur

## QUÆSTIO I.

De memoria, & reminiscencia.

I. Memoria describitur.

Memoriam esse facultatem, quæ recordamur rerum antea cognitarum, dicit Doctor 4. d. 45. q. 3. duplex autem est, una sensitiva, quæ in capite, altera intellectiva, quæ in anima sedem habet: Dari autem hanc facultatem in anima, experientià constat, quia recordamur rerum præteritarum; item anima separata recordatur eorum, quæ in vita gessit, ut patet ex illo Lucæ 16. Recordare fili, quia recepisti bona in vita tua, &c. Differt autem memoria à reminiscencia per hoc, quod reminiscencia præsupponat rei oblivionem, memoria autem non.

Etia scilicet, memorativa, & volitiva: Jam ad debium respondetur negativè, quia ut supra dixi, eadem est facultas, quæ elicit, & quæ recipit, ac conservat actus, vel species; ad hoc autem quod mens sit Sanctissimæ Triadis imago, sufficit, quod tres in eadem anima potentie numerentur, sive distincte sint, sive non.

II. Non distinguitur ab intellectu.

Dubitatur hic, an memoria intellectiva ab anima, aut intellectu distinguatur? Ratio dubii est, quia mens humana dicitur ad imaginem Sanctissimæ Triadis divinitus efformata, & sicut in una essentia tres sunt personæ divinæ, ita in anima tres sunt potentie, intelle-

Quæres I. Quibusnam conveniat memoria sensitiva? Respondeo eam convenire brutis, sed non omnibus.

Probatur prima pars manifestè experientià, & memoriæ indicio, quod in brutis deprehenditur, quale est identidem certa loca, nidos, latibula repetere, sobolem suam dignoscere; item in Plin. lib. 10. histor. cap. 7. campertum est, equos, capras, canes somnitate, quod non fieret, nisi bruta haberent in sensu communi præteritarum rerum assertivas imagines. Quod autem non omnibus conveniat, probat Aristoteles hic, nam bruta, quæ solum gustu, & tactu prædita sunt, memoria caret, ut conchæ, spongiæ, & cætera, quæ marinis locis